AFRICA XXV NOVA TABVLA

A Lusitania ad Calechut Orientis imperium, hoc itinere per mare deuenitur. Per latus occidentale Mauritaniæ & Getuliæ, Noto deuenitur ad Caput uiride, dictum olim Experias. ibi uisuntur Hesperidum insulæ. In transita Aethiopia apparet caput australe, quod est Cap. bonæ spei, excediţq; hyemalẽ tropicum nouem gradibus. Mox regio se sinuat quo ad Prassum promontorium peruenias, quod Ptolemæus terminum posuit australem, ulteriorem q; plagã appellauit terrã incognitã. Inde iter patet ad Trogloditas, ubi est Zaphala aurifodina, etiã ueteribus cognita. Hinc transito regno Melindæ, per sinum Barbaricũ uenitur in Oceanũ Indicũ, & demũ ad urbẽ Calechut.